

Papsturkunden in Florenz.

Von

W. Wiederhold.

Aus den Nachrichten der K. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen.
Philologisch - historische Klasse. 1901. Heft 3.

Papsturkunden in Florenz.

Von

W. Wiederhold.

Vorgelegt von P. Kehr in der Sitzung vom 22. Juni 1901.

Die im Folgenden veröffentlichten Papsturkunden sind aus den Handschriften des Florentiner Staatsarchivs und der Florentiner Bibliotheken und aus den Manuscripten des Collegio di S. Giuseppe in Pescia gewonnen, mit deren Ausbeute ich im Sommer 1900 beschäftigt war. Es schien erwünscht, sie schon jetzt den Fachgenossen zugänglich zu machen, auf einen ausführlichen Bericht über diese Materialien aber zu verzichten. Denn die archivalischen und bibliothekarischen Bestände von Florenz sind doch im Ganzen so genau bekannt, daß eine Zusammenstellung der hier vorhandenen Urkunden und Manuscripte mehr Bekanntes hätte wiederholen als Neues bieten können. So sind die Papsturkunden des Staatsarchivs von J. v. Pflugk-Harttung Iter p. 20 ff. wenn auch nicht ganz vollständig, doch ausreichend für die weitere Orientirung verzeichnet. Mangelhaft ist freilich seine Behandlung der Codices des Staatsarchivs (p. 24). Am besten noch sind von ihm die in der Abteilung *Conventi soppressi* befindlichen Manuscripte verzeichnet; gar nicht die der Abteilung *Patrimonio ecclesiastico* und die *Carte Stroziane*. Gerade aus den letzteren haben wir den Hauptgewinn gezogen. Da augenblicklich der Staatsarchivar Cav. Gherardi den Versuch macht, die auseinandergerissenen Strozzibände des Staatsarchivs (die andern sind bekanntlich in der Nationalbibliothek) zu sammeln und wiederherzustellen, scheint es zweckmäßiger, den Erfolg dieser archivalischen Arbeit zunächst abzuwarten. Zudem glauben wir, indem wir die von unsren Vor-

gängern übersehnen oder nicht gefundenen Urkunden jetzt publizieren, das Interesse, das sie bieten könnten, hinreichend zu befriedigen. Auch J. v. Pflugk-Harttungs Listen der Papsturkunden im Archiv des Domkapitels und des Kapitels von S. Lorenzo sind leider vollständig. Zu wünschen lassen hingegen wiederum seine Zusammenstellungen aus den Bibliotheken. Aber in Bezug auf die Biblioteca nazionale kann hier auf Mazzatinti's Inventare (Bd. VIII. IX) verwiesen werden. Für die Biblioteca Laurenziana besitzt man bekanntlich in Bandini's Katalog einen trefflichen Führer; einiges Neue ergaben nur die Asburnham-codices. Die Biblioteca Marucelliana hat überhaupt so gut wie nichts für uns. In der Biblioteca Riccardiana waren vorzüglich die Manuskripte Lami's durchzusehen; der Gewinn aus ihnen hat die mühsame Arbeit reichlich gelohnt¹⁾. In der Biblioteca Moreniana waren die schon von Davidsohn benutzten Spoglien des Moreni durchzunehmen.

Mit diesen Forschungen in Florenz verband sich ein Besuch des nahen Pescia. Hier, in dem Collegio di S. Giuseppe, ist jetzt die Centrale der Vallombrosaner. Urkunden sind freilich nicht mehr da. Aber der Besuch lohnt sich doch. Denn es befinden sich hier die Manuskripte und Sammlungen des Fulgentius Nardi, deren Bearbeitung uns manchen schönen Gewinn brachte.

Ueberall fand ich die beste Aufnahme. Nur die Laurenziana macht da bekanntlich eine Ausnahme. Vor Allem bin ich zu Dank verpflichtet dem Generalabt der Vallombrosaner Don Cesario Ciaramella in Pescia, dem Baron Podestà von der Nazionale, dem Cav. Prof. Rostagno von der Laurenziana, dem Cav. Angelo Bruschi von der Marucelliana, zu allermeist aber dem Cav. Alceste Giorgetti vom Staatsarchiv und dem Cav. Carlo Nardini von der Riccardiana.

Einen besondern Dank schulden wir endlich Herrn Dr. R. Davidsohn, dem Verfasser der trefflichen Geschichte von Florenz. Den von ihm im Anschluß an diese veröffentlichten Forschungen verdanken wir zahlreiche Hinweise und Anregungen; ein guter Teil der hier zum ersten Mal im vollen Wortlaut veröffentlichten Urkunden ist schon von ihm gefunden und verzeichnet worden.

1) Vgl. auch die neue Publication von Morpurgo, MSS. della Bibl. Riccardiana I.

1.

Johannes XVIII. entscheidet den Streit zwischen dem Bischof von Volterra und dem Grafen Hildebrand um das Kloster S. Maria di Spugna und die Pfarrkirche von Colle zu Gunsten des Bischofs.

— —

Zwei Copien saec. XV und von 1503 im Liber iurium episcopatus Vulterraneensis Florenz Arch. di stato (III 28).

Cit. Davidsohn Forschungen I 177 Nr. 24 nach einer Notiz im selben Codex. — Der Text ist schlecht.

* Iohannes episcopus^{a)} seruus seruorum dei. Quoniam diuina annuente pietate omnium clericorum prospera siue aduersa nostrum est diligentius uigilare et in omnibus subuenire, quia licet immeriti^{b)}, diuina tamen suffragante gratia uicem Petri gestamus: et ideo mox est nostri apostolatus, inuasores sancte ecclesie piis exortationibus ammonere et, nisi resipuerint, ultima apostolice anathematis curatio necesse est quod adhibeat, ingemiscat et doleat in extremo qui salutem contempsit in primo. Notum igitur, fratres uniuersae plebi, fieri uolumus, qualiter Benedictus Vulterrane ecclesie prouisor super Ildebrandum comitem ad apostolicas conquestus est aures de plebe Delsa et cellam sancte Marie que in Sponge posita est^{c)}, cum sua omni pertinentia sub suo dominio que sub omnium suorum antecessorum dominatione dedita fuerat, sed ipse sua audacia inuasor prefate ecclesie extiterat. Aderat Iohannes Romanorum patritius et comes Raynerius et etiam Crescentius prefectus et comis Rezo, quapropter^{d)} Benedictus episcopus et comes Ildebrandus se nostris exhibuerunt uultibus; in qua scilicet ante iam dictorum hominum presentia perfecte per episcopatus cartas cognouimus quod sub suorum antecessorum dominio fuerat. Tunc quia ille comes hoc inficiare nequiuerauit, karitatis ueniam postulare non desistit, ut illarum ecclesiastarum^{d)} sibi prefatus episcopus concederet et reuertente domum aut ipsam aut similem biganeum^{d)} ei dedisset; postquam autem reuersus est, apostolicis auditibus mentitus probatur et quicquid episcopo spousonerat, omnia plane uidentur esse fallacia. Ob quam rem prephatus episcopus nostris genibus obuolutus et hanc corroborationem flagitauit humotenus, quatenus cum nostris litteris sic eam teneret, quod nulla laycali persona aduersum sue inuasionis^{d)} illam disthraere queat.

a) episcopus fehlt, b) immeritus. c) est fehlt. d) sic.

Cuius siquidem postulationem annuimus et confirmamus et ita manere in perpetuum corroboramus. Et si quis hiis nostris preceptis contraire et obstare presumpserit, se in iudicio regis sciat persoluiturum auri libras centum et sciat se excommunicatum et anathematizatum a deo patre et filio et spiritu sancto et a trecentis decem et octo sanctis patribus nec non et a Petro et Paulo; ueniant super eum omnes maledictiones, que in nouo et in ueteri continentur testamento, nisi respuerit et ad satisfactionem uenerit.

† Iohannes sancte catholice et apostolice ecclesie presul.

2.

Alexander II. nimmt auf Bitten des Abts Obert von S. Miniato das im Bau befindliche Hospital des Klosters in seinen Schutz und bestätigt ihm die Zehnten der boni homines von Castel Pogna und von Castello vecchio in Croce di Cipollatica. 1068 Dezember 19.

Copie des Carlo Strozzi in Memorie delle chiese Fiorentine, Florenz Bibl. Naz. XXXVII 305 (PP. 1237) p. 339.

Cit. Manni Osservazioni istoriche sopra i sigilli antichi IX p. 112; vgl. Lami Monumenti I p. 28, Davidsohn Forschungen I 178 Nr. 29.

In demselben Codex p. 345 steht eine zweite Urkunde Alexanders II. von demselben Tag, wörtlich mit dieser übereinstimmend bis auf die in den Fußnoten gegebenen Abweichungen (B).

Alexander^{a)} episcopus seruus seruorum dei. Omnibus Christi sancteque dei ecclesiæ fidelibus imperpetuum. Apostolice sedis specula nullis nostris precedentibus meritis, sed solius superne bonitatis largitate sublimati, circa salutem atque gubernationem pauperum omnium, ubicumque se facultas prebuerit, tanto studiosius tantoque sollicitius debemus inuigilare atque unumquemque fidelium ad hoc opus uerbis et exemplis instanter prouocare, quanto diuinæ dispensationis dignatio apostolatus nostri auctoritatem gentibus omnibus uoluit preminere; fides siquidem christiana per hoc studium iuxta euangelica precepta indubitabili tenore et peccatorum omnium credit se posse impetrare indulgentiam precedente omnis confessione, deinde uero fideliter sperat ab omnipotente deo^{aa)} consequi eternam beatitudinem. Quando quidem ipse piissimus dominus pauperum susceptoribus dignatus est dicere de semet-

a) A. A. aa) domino B.

ipso: „Hospes fui et collegistis me“, et quoniam sancte Romanę et apostolicę ecclesię moderatio cui celesti benignitate ad utilitatem fidelium omnium deseruimus, ab ipso suę institutionis primordio iustis petitionibus assensum^{b)}, honestis studiis auxilium, piis etiam desideriis promptum effectum benigne nouit exhibere, nos quoque, dilectissime fili Oberte abbas sancti Miniatis monasterii uenerabilis, uoluntati tue decreuimus pia beniuolentia condescendere tueque suggestioni misericorditer annuere. Supplici namque deprecatione nostris auribus studiisti sugerere, quatenus hospitale commune pauperum siue superuenientium hospitum receptaculum, quod ob tuorum ueniam peccatorum et omnium confratrum tuorum seu omnium fidelium christianorum adiutoria^{c)} impendentium ibidem incepisti, nunc opitulante deo decenter pro posse tuo perfecisti^{d)} et tibi tuoque monasterio commissum apostolicę sedis priuilegio inuolata perdurare stabiliremus in perpetuum. Ad omnipotentis igitur dei laudem sancteque ecclesię honorem, pauperum etiam siue ospitum supplendam necessitatem^{e)} sub tuitione atque defensione sancti Petri apostolorum principis prefata suscipientes, hospitalia^{f)} sancti Miniatis confirmamus atque sancimus omnem^{g)} decimationem bonorum hominum de castro Poghe et de castello uekio, a cruce de Cipollatico usque ad montem Vberti, totam concedimus et tradimus ad hospitalem sancti Miniatis ad honorem dei et omnium sanctorum pro remedio animarum nostrarum tam pro uiuis quam et defunctis. Scilicet anteponimus omne ius et actionem que ad ipsam plebem sancti Iohannis de Sogana pertinet, uidelicet quartam partem^{h)}, quecumque seu a te seu a quibuscumque fidelibus eidem uenerabili locoⁱ⁾ iuste sunt collata uel quandocumque conferenda, aut mobilia aut immobilia, sitque predictus locus tutus et liber^{j)} cum omnibus sibi concessis siue^{k)} concedendis ab omni^{l)} oppressione atque condictione alicuius magne paruęque personę, nullique liceat ui illa aggredi atque hospitum possessiunculas illius^{m)} subripereⁿ⁾ siue personam alicuius illuc confugientis abstrahere uel te tuosque inhonestare studiose locaque deo dicata aliqua presumptione temerare. Quod si quis, quod absit, huius nostri priuilegii contemptor existens predicta xenodochia presumpserit qualibet occasione uiolare, nisi digne quod deliquerit emendauerit, sanctorum

b) assensu A. c) adiutorium B. d) hier schaltet B ein nec non et hospitale iuxta caput pontis Florentinę ciuitatis a quodam Fusco clarissimo uiro constructum. e) supplenda necessitate A. f) hospitalia B; sancti Miniatis fehlt in B. g) omnem — quartam partem fehlt in B. h) uenerabilibus locis B. i) sitque predictum locum tuto et libero A; sintque predicta loca tuta et libera B. k) seu B. l) omnium B. m) illinc B. n) diripere B.

apostolorum Petri et Pauli perpetuam incurrat iracundiam atque anathema^{o)} Maranatha in secundo domini aduentu subiaceat. Quod ut procul dubio credatur, presentem paginam et proprie manus subscriptione roborauiimus et nostri apostolici utique sigilli impressione insigniri^{p)} precepimus. At uero qui pio intuitu custos et obseruator huius nostri priuilegii extiterit, apostolice benedictionis habundantia repleatur.

R.

BV.

Dat. XIIIIL kal. ianuarii per^{q)} manus Petri clericis fungentis uice Petri sanctę Romanę ecclesię diaconi et^{r)} bibliothecarii, anno ab incarnatione domini millesimo sexagesimo octauo, pontificatus uero domni Alexandri pape II anno VIII, similiter inductione VI.

^{o)} anathematizati *A*; anathemata *B*. ^{p)} insignire *B*. ^{q)} per fehlt in *AB*. ^{r)} ac *B*.

3.

Urban II. übersendet dem Patriarchen Peter von Grado aus besonderer Gnade das Pallium und überträgt ihm den apostolischen Vicariat.
Salerno (1093) Januar 29.

Cod. canon. s. XII f. 1 Florenz Bibl. Naz. (Conv. J. III. 18).

V. episcopus seruus seruorum dei. Dilecto confratri et coepiscopo P. Gradensi patriarchae salutem et apostolicam benedictionem. Religionem et scientiam tuam iam dudum plurimis referentibus spectabilem cognoscentes, quod alii persone alio tempore nequaquam sancta nostra apostolica ecclesia largiretur, palleum pariter et priuilegium, plenitudinem scilicet pontificalis officii, pententi tibi sine mora prolixiore transmisimus, ut a tuis etiam suffraganeis consecrationis munus accipias indulgentes, ea tamen condicione ut nichil in posterum iuris pro hac concessione apostolice sedi depereat quod in tuis noscitur predecessoribus habuisse. Vices quoque nostre auctoritatis tibi personaliter in omni patriarchatu tuo gerendas litteris presentibus commendamus, ita tamen ut memineris te in par[tem] uocati sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Tua ergo fraternitas tante benignitatis tantaeque liberalitatis perpetuo memor catholicae matri pl[. . .] studeat gratitudine respondere, inimicos omnium enisu uirium perseguatur, amicos et filios pro data diuinitus fac[ul]tate fort[iter] consoletur siveque se in omnibus prestante domino studeat exercere, ut in presenti tribulationum angustia magnum ecclesię solacium [. . .] et ad futuram

beatitudinem multos commisso segetis manipulos representet. Sanctitatem tuam superna dei gnatio per tempora [. . .] conseruet incolumem. Data Salerni IIII. kal. febr.

4.

Urban II. benachrichtigt den Patriarchen Peter von Grado auf dessen Beschwerde, daß er die simonistische Ordination des Bischofs von Torcello für ungültig erklärt habe. Telesio (1093) August 31.

Cod. canon. sec. XII f. 1 Florenz Bibl. Naz. (Conv. J. III. 18).

VR. episcopus seruus seruorum dei. Dilecto fratri P. Grandensi patriarche salutem et apostolicam benedictionem. De Torcelensi[s ecclesie] inuasore nichil aliud nos precepisse cognoscas, quam quod litteris per ecclesię tuę archidiaconem missis statu[imus], ut uidelicet coram tua et coprovincialium episcoporum presentia de simoniaco, si posset, facinore se canonice expurgaret, cetera nostro iudicio seruarentur. Vnde et ad ipsum litteras dedimus ut una cum legato tuo nostro se conspectui presentaret. Illas autem quas diabolico dolo per Hugonem illum pseudoclericum factas significasti, omnimodis ignoramus et eas cum auctore suo tamquam opus diaboli reprobamus. Quia igitur impudens ille ecclesię Torcelensis inuasor contra canonicas sanctiones sine tuo qui inter eos metropolitani locum optines consensu, in aecclesiam se ingressit, quia uno eodemque die in diaconem et presbiterum se a scismatico non consecrari fecit sed exsecrari, quia factis nostri nominis litteris ad episcopatus culmen irrepsit, nos eius ordinationem irritam ducimus et sancti spiritus iudicio condempnamus. Porro fraternitati tuę quod scripsimus scribimus; auctoritatem ex apostolice sedis liberalitate concessam pro ampliori religionis tuę beniuolencia conservamus. Data Telesio II. kal. septembr.

5.

Urban II. befiehlt dem Bischof Stephan von Equilo (Jesolo), den neu gewählten Bischof von Torcello zu weihen, vorbehaltlich der noch einzuholenden Genehmigung des Patriarchen.

(1088—97) Oktober 25.

Cod. canon. s. XII Florenz fol. ult. Bibl. Naz. (Conv. J. III. 18).

V. episcopus seruus seruorum dei. S. Equilensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Dilectionis tue litteras

gratanter recepimus, sed in eo nobis suspicionis aliquid intulerunt, quod nullam patriarchae uestri memoriam continuerunt. Quia tamen bonis uestris et utilitati ecclesiasticae [.] gare, hoc uobis presentibus litteris remandamus, ut si Torcellani aepiscopi electio consensu [patri]archae perpetrata est, siquidem idem patriarcha in nostrae, ut confidimus, unitatis societa[te] nionem uestram domino annuente consecretur. Data VIII. kal. nou.

6.

Urban II. verbietet den Mönchen von Vallombrosa die Teilnahme am Kreuzzuge, da es nicht ihre, sondern Sache der Ritter sei, das weltliche Schwert zu führen.

Cremona (1096) Oktober 7.

Lami Descriptio episcopatus Florentini f. 96 Florenz Bibl. Riccardiana (Cod. 3778) „ex antiquo codice manuscripto membranaceo seculi XII, in quo descriptum erat rituale monasticum Vallumbrosanorum“. Dieses Ritual habe ich in keiner der Florentiner Bibliotheken finden können.

Vrbanus episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filiis monachis et clericis siue conuersis Valimbrosane congregationis salutem et apostolicam benedictionem. Audiimus quosdam uestrum cum militibus qui Ierusalem liberande christianitatis gratia tendunt, uelle proficiisci. Recta quidem oblatio, sed non recta diuisio; nos enim ad hanc expeditionem militum animos instigauimus, qui armis suis Saracenorum feritatem declinare et christianorum possint libertati pristinę restituere; eos autem qui de Q[uod]elicto seculo spirituali se militię deuouerunt, nos nec arma baiulare nec iter hoc inire uolumus, immo etiam prohibemus. Porro religiosos clericos siue monachos in comitatu hoc proficiisci sine episcoporum uel abbatum suorum licentia secundum disciplinam sanctorum canonum interdicimus. Videat ergo religionis uestre prudentia, ne in negotio hoc aut sedis apostolice contemptum aut animarum uestrarum periculum incurratis. | Sane de confratre uestro abbate monasterii sancte Reparate ad nos perlatum est, quod communem congregationum uestrarum^{a)} ordinem deserere meditetur; unde ei per presentia scripta precipimus et precipientes interdicimus, ne ulterius in eodem monasterio sine communis abbatis, quem maiorem dicitis, licentia audeat presidere; quod, si aliter egerit, tam ipse quam alii, si qui forte de congregatione uestra hoc ipsum presumpserint, excommunicationis apostolice gladio ferientur. Data Cremone VII. die^{b)}

a) uestram. b) wohl statt idus.

octobris. Volumus ut has litteras coram conuentu monachorum et laicorum legatis atque per alia monasteria intimare curetis.

7.

Innocenz II. befiehlt mehreren Aebten und Plebanen, von Leuten, die sich dauernd im Kirchenbezirk von Prato niedergelassen, keine Zehnten zu nehmen und sich jeder Einmischung in die Rechte der Pfarrei von Prato zu enthalten. Lateran (1138—43) April 29.

Cod. canon. s. XII f. 113' Florenz Bibl. Naz. (Conv. A. 4. 269).

Vgl. Davidsohn Forschungen I 178 Nr. 37.

(I)nnocentius episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filiis abbati de Garignano et priori sancti Fabiani et plebanis de sancto Iusto, sancti Pauli et sancti Ypoliti, sancte Marię de Colonica et sancte Marię de Filittone salutem et apostolicam benedictionem. Karitatis bonum est proprium ut fratres nostros tamquam nos ipsos diligamus et quod nobis fieri nolumus, illis nullatenus faciamus. Ideoque per presentia uobis scripta mandamus et mandando precipimus, quatinus illorum qui in territorio plebis Pratensis assidue habitant et ibidem ecclesiastica sacramenta et spiritualia beneficia suscipiunt, decimas uel oblationes seu publicas penitentias nullatenus recipiatis nec de his que ad ius parochiale ipsius plebis pertinent, uos intromittere presumatis. Dat. Lat. III. kal. maii.

8.

Innocenz II. entscheidet den Streit zwischen den Kanonikern von Prato und dem Pleban von S. Giusto um die Pfarrangehörigkeit der Leute von S. Giusto, die sich in der Pfarrei von Prato angesiedelt hatten. Lateran (1138—43) April 30.

Cod. canon. s. XII f. 113 Florenz Bibl. Naz. (Conv. A. 4. 269).

Vgl. Davidsohn Forschungen I 179 Nr. 38.

(I)nnocentius episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filiis Ildebrando preposito et canonicis Pratensis ecclesię salutem et apostolicam benedictionem. Que iudicii ueritate decisā sunt, inconuulsa debent stabilitate seruari. Inter uos et plebanum sancti Iusti super parrochianis qui de territorio sancti Iusti in uestre plebis territorio ad habitandum uenerant, controuersia diutius est agitata. Pro qua utraque parte ante nos presentata et rationibus hinc inde diligenter auditis, habito fratum nostrorum consilio,

iudicauimus ut illi qui in territorio uestre plebis assidue habitant et a uobis ecclesiastica sacramenta et spiritualia beneficia suscipiunt, de iure parochiali uobis respondeant et tanquam proprii parochiani decimas et oblationes suas et cetera ad ius parrochiale pertinentia in integrum soluant. Dignum namque est ut iuxta apostolum quibus spiritualia seminatis, ab eisdem carnalia metatis. Capella uero que occasione huius discordie in territorio uestro constructa est, uestre plebi tanquam matrici ecclesie subiecta permaneat. Si quis autem huius nostre diffinitionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit, secundo tercioue communitus, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, ordinis et officii sui periculo subiaceat atque omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius indignationem incurrat. AMen.
Dat. Lat. II. kal. maii.

9.

Innocenz II. benachrichtigt den Bischof Atto von Pistoja von seiner Entscheidung des Streits zwischen dem Kapitel von Prato und dem Pleban von S. Giusto und befiehlt ihm für deren Durchführung zu sorgen.

Cod. canon. s. XII f. 113 Florenz Bibl. Naz. (Conv. A. 4. 269).

Vgl. Davidsohn Forschungen I 179 Nr. 39 und das vorausgehende Stück (Nr. 8), das z. Th. wiederholt ist.

(I)nnocentius aepiscopus seruus seruorum dei. A. Pistoriensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Dilectioni tue notum fieri uolumus quod controuersiam de parochianis, que inter plebem sancti Iusti et Pratenses canonicos diutius agitata est, utraque parte ante nos presentata, diligenter audiuius et cum fratribus nostris studiose examinauimus. Quia igitur dignum est ut iuxta apostolum quibus spiritualia seminamus, eorum carnalia metamus, communicato fratum nostrorum consilio, iudicauimus ut illi qui in territorio Pratensis aecclesiae assidue habitant et a clericis ipsius plebis ecclesiastica sacramenta et spiritualia beneficia suscipiunt, de iure parochiali ipsis respondeant et tanquam proprii eorum parochiani decimas et oblationes et cetera ad ius parrochiale pertinentia in integrum persoluant. Capella uero que occasione huius discordie in territorio ipsius plebis constructa est, eidem plebi tanquam matrici aecclesie subiecta permaneat. Quia igitur ad officium et honestatem tuam pertinet que a sede apostolica statuuntur, in sua stabilitate seruare, per presentia tibi scripta

mandamus, quatinus quod super hoc a nobis diffinitum est, firmiter facias obseruari et nec a plebano sancti Iusti nec ab aliis clericos Pratensis aecclesie exinde inquietari permittas.

10.

Celestin II. schreibt an Kapitel, Konsuln und Volk von Prato, daß er dem Bischof Atto aufgetragen habe, das von Innocenz II. gegen den Pleban von S. Giusto erlassene Urteil zur Ausführung zu bringen.

Lateran (1144) Februar 21.

Cod. canon. s. XII f. 113' Florenz Bibl. Naz. (Conv. A. 4. 269).

Vgl. Davidsohn Forschungen I 179 Nr. 40.

(C)elestinus episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filiis I. preposito et eius fratribus, consulibus et populo Pratensi salutem et apostolicam benedictionem. Vniuersitati nestrę notum fieri uolumus quod nos Pratensem ecclesiam et personas uestras predecessorum nostrorum more diligere et honorare uolumus et uestram uobis iustitiam conseruare. Inde est quod uenerabili fratri nostro A. aepiscopo uestro uiua uoce iniuncimus, ut sententiam que a predecessore nostro bone memorie papa Innocentio super contiouersia inter uos et plebanum sancti Iusti diutius agitata data est et scripto suo firmata, firmiter obseruet et faciat obseruari. De cetero quoniam absque obedientia deo placere non potestis, per presentia uobis scripta mandamus, quatinus eidem fratri nostro tamquam proprio pastori et animarum uestrarum episcopo debitam obedientiam ac reuerentiam humiliter exhibeatis. Nos quoque eidem uiua uoce iniuncimus, ut uos tamquam spetiales filios diligat et honoret et uestram uobis iustitiam conseruet. Dat. Lat. VIII. kal. martii.

11.

Celestin II. schützt den Kirchenbezirk von Prato vor allen Eingriffen der benachbarten Aebte und Plebane.

Lateran (1144) Februar 21.

Cod. canon. s. XII f. 113' Florenz Bibl. Naz. (Conv. A. 4. 269).

Vgl. Davidsohn Forschungen I 179 Nr. 41. — Fast wörtliche Wiederholung des Mandats Innocenz' II. von (1138—43) April 29 (oben Nr. 7).

(C)elestinus aepiscopus seruus seruorum dei. Dilectis filiis abbati de Garignano, priori sancti Fabiani et plebanis de sancto Iusto,

sancti Pauli, sancti Ypoliti, sancte Marię de Colonica, sancte Marię de Filitone salutem et apostolicam benedictionem. Karitatis bonum est proprium, ut fratres nostros tamquam nos ipsos diligamus et quod nobis fieri nolumus, illis nullatenus faciamus. Ideo que per presentia uobis scripta mandamus, quatinus parrochianorum Pratensis ecclesie decimas uel oblationes seu publicas penitentias nullatenus recipiatis nec de his que ad ius parrochiale ipsius plebis pertinent, uos intromittere presumatis. Dat. Lat. IX. kal. martii.

12.

Lucius II. bestätigt das von seinem Vorgänger Innocenz II. zu Gunsten des Kapitels von Prato gegen den Pleban von S. Giusto erlangene Urteil.

Lateran (1144) Mai 20.

Cod. canon. s. XII f. 113¹ Florenz Bibl. Naz. (Conv. A. 4. 269).

Vgl. Davidsohn Forschungen I 179 Nr. 42 zu Mai 26.

(L)ucius episcopus seruus seruorum dei. A plebano sancti Iusti salutem et apostolicam benedictionem. Filiorum nostrorum Il. Pratensis^{a)} prepositi et fratrū suorum aduersum te querelam accepimus, quod contra sententiam a predecessorē nostro bonę memorię papa In(nocentio) datam parrochianos eiusdem plebis ad publicas penitentias receperis, decimas quoque eti alia que ad ius ipsius ecclesię pertinere noscuntur, usurpas et in ecclesia ipsa que eis de iure parochiali adiudicata est, contra eorum uoluntatem diuina officia celebrare presumas. Quia igitur que a predecessoribus nostris rationabili prouidentia statuta sunt, in sua uolumus stabilitate seruare, per apostolica tibi scripta mandamus, quatinus de cetero de ipsorum parrochianis et decimis uel aliis que ad ius eiusdem aecclesię pertinent, te nullatenus intromittas et in aecclesia ipsa contra hoc quod iudicatum est de parochiali iure nullatenus te intromittere presumas, alioquin preterire non poterimus, quin exinde iustitiam faciamus. Dat. Lat. IIIX. kal. iunii.

a) Pratis.

13.

Eugen III. nimmt das Kloster S. Dalmazzo bei Volterra unter der Aebtissin Bicalla in den apostolischen Schutz und bestätigt ihm die Besitzungen, die Vallombrosanerregel, Freiheit von Zehnten und das Begräbnisrecht.

Marturi 1147 Januar 21.

Cod. Magliab. II. 1. 339. (Magliab. XXXII 36) f. 136', Miscellanband sec. XVII, Florenz Bibl. Naz. (aus Copie von 1388).

Cit. J-L. 8993. Vgl. auch Mazzatinti Inventari VIII 99.

(E)ugenius episcopus seruus seruorum dei. Dilectis in Christo filiabus Bicalle abbatisse uenerabilis monasterii sancti Dalmacii quod situm est in territorio Florentino in Vulterrana parrochia eiusque^{a)} sororibus tam presentibus quam futuris regulariter^{b)} instituendis in^{c)} perpetuum. Quoniam sine uere cultu religionis nec caritatis unitas potest subsistere nec deo gratum exhiberi seruitium, expedit apostolice auctoritati religiosas personas diligere et earum^{d)} quieti auxiliante domino salubriter prouidere. Eapropter, dilecte in Christo filie, uestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatum monasterium, in quo diuino mancipate estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti priuilegio communimus. Statuentes ut quascumque possessiones quecumque bona idem monasterium impresentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum uel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma uobis uestrisque succedentibus et illibata permaneant. Sancimus etiam ut ordo monasticus secundum beati Benedicti regulam et Vallimbrosanorum fratrum institutionem perpetuis ibi temporibus inuiolabiliter conseruetur. Sane laborum uestrorum quos propriis sumptibus colitis, siue de nutrimentis uestrorum animalium nullus a uobis decimas exigere presumat. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum qui se illic sepeliri deliberauerint, deuotioni et extreme uoluntati, nisi forte excommunicati uel interdicti sint, nullus obsistat, salua tamen iusticia matricis ecclesie. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre uel ablatas retinere minuere aut aliquibus uexationibus fatigare, sed omnia integra conseruentur, uestris usibus omnimodis profutura, salua sedis apostolice auctoritate et Vulterrani episcopi canonica reuerentia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostram constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit, secundo tercioue commonita, si non satisfactione congrua emendauerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniuitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat atque in ex-

a) eiusdem.

b) plr.

c) in fehlt.

d) eorum.

tremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta seruantibus sit pax domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipient et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant.

R. Ego Eugenius catholice ecclesie episcopus ss. BV.

† Ego Theodewinus sancte Ruffine episcopus ss.

† Ego Albinus Hostiensis episcopus ss.

† Ego Vbal dus presb. card. tit. sanctorum Iohannis et Pauli ss.

† Ego Guido presb. card. tit. sanctorum Laurentii et Damasi ss.

† Ego Guido presb. card. tit. Pastoris ss.

† Ego Oddo diac. card. sancti Georgii ad Velum aureum ss.

† Ego Iohannes diac. card. sancte Marie Noue ss.

† Ego Guido diac. card. sancte Marie in Porticu ss.

† Ego Iacinthus^{a)} diac. card. sancte Marię in Cosmidin ss.

Datum apud Marturam^{b)} per manum Guidonis sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis et cancellarii, XII. kal. febr., inductione X^{c)}, incarnationis dominice anno MCXLVI, pontificatus uero domni Eugenii pape III anno secundo.

e) Iannelmus. f) Marnitam.

14.

Eugen III. schreibt dem Propst Hubald zu Prato, daß er den Pleban von S. Giusto vor sich geladen und ihm befohlen habe, den einst von Innocenz II. erlassenen Urtheilsspruch zu befolgen.

Lucca (1147) Februar 9.

Cod. canon. s. XII f. 114 Florene Bibl. Naz. (Conv. A. 4. 269).

Vgl. Davidsohn Forschungen I 179 Nr. 44.

(E)ugenius episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filiis Hubaldo Pratensi preposito et fratribus eius salutem et apostolicam benedictionem. Super controuersia que inter uos et plebanum sancti Iusti iam diu agitata est, tua, fili Hubalde, suscepta querimonia, plebanum ipsum^{a)} sancti Iusti ad nostram presentiam euocauimus et eum super hoc ad rationem posuimus. Super quod cum sufficientem excusationem non pretenderet, in communi audientia uiua uoce sibi precepimus, ut sententiam^{b)} que a predecessore nostro felicis memorię papa INNocentio inter uos et ipsum de^{c)} decimis uel oblationibus seu publicis penitentiis et aliis que ad ius parochiale pertinere noscuntur, data est^{d)}, de cetero sine contradictione

a) ipum. b) sententia. c) de fehlt. d) data est fehlt.

obseruet, quia, si iteratus clamor ad nos redierit, primam et secundam inobedientiam ipsius impunitam non preteribimus. Dat. Luce V. id. febr.

15.

Hadrian IV. befiehlt dem Pleban von Marturi kein Eigenthum des Klosters daselbst zu beanspruchen und etwa in Besitz genommenes Kloster gut wieder zurück zu erstatten.

Lateran (1157—59) April 29.

Strozzi Spogli e scritture (SS) p. 140, Cod. Magliab. XXXVII 307 Florenz Bibl. Naz.

Vgl. Davidsohn Forschungen I 180 Nr. 50.

Adrianus episcopus seruus seruorum dei. Dilecto filio Martuensi plebano salutem et apostolicam benedictionem. Ex iniuncto nobis a deo apostolatus officio uniuersis Christi ecclesiis et his presertim que ad ius beati Petri pertinere noscuntur, in si existimus debitores. Inde est quod dilectioni tue per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatenus allodium uel possessionem Marturensis monasterii nullo modo recipias et, si quam constat recepisse, eidem monasterio cum integritate restituas, allodia quoque et possessiones suas infestare seu inquietare in aliquo nulla ratione presumas. Dat. Lat. III. kal. maii.

16.

Alexander III. antwortet dem Kapitel von Florenz auf die Klage, daß der Bischof Julius von Florenz ohne Rat des Kapitels über die Kirche S. Felicità verfügt und Aebtissin und Nonnen mit dem Interdict belegt habe, daß er dem Bischof aufgegeben, die Rechte des Kapitels nicht wieder zu verletzen. Anagni (1161) Januar 18.

Cop. des Carlo Strozzi in „Copie di scritture del arcivescovado etc. di Firenze“ Florene Arch. di Stato, Carte Stroziane II Nr. 56 (AAA) p. 208.

Vgl. Davidsohn Forschungen I 180 Nr. 51.

Alexander episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filiis I. preposito et D. archidiacono et uniuerso capitulo Florentine ecclesie salutem et apostolicam benedictionem. Litteras uestras paterna suscepimus caritate et ex susceptę dispensationis officio et illius deuotionis intuitu, quam circa sanctam Romanam ecclesiam et per-

sonam nostram habetis, ad honorem atque exaltationem ecclesię uobis commisse ac uestrum libenter intendere uolumus et ipsius iura illesa et integra conseruare. Personas siquidem uestras tanto arctiori caritate diligimus, quanto sacrosanctę Romanę ecclesię ac nobis uos^{a)} cognoscimus firmius et fidelius inherere. Super eo autem quod, sicut ex tenore litterarum uestrarum didicimus, uenerabilis frater noster I. episcopus uester multa uobis grauamina intulit et de ecclesia sanctę Felicitatis, que iure fundationis ad ius ecclesię uestrę asseritur pertinere et priuilegiis Romanorum pontificum uobis esse dicitur roborata, contra antiquam et rationabilem consuetudinem sine consilio uestro disposuit et tam abbatissam^{b)} quam sorores prescriptę ecclesię supposuit interdicto, non potuimus non dolere, cum excommunicatione caritatis uinculum dirumpatur et tam animarum quam corporis soleant plurima dispendia prouenire. In quod ad petitionem uestram predicto episcopo dedimus in mandatis ut de memorata sanctę Felicitatis ecclesia uel sororibus diuino ibidem cultui mancipatis contra antiquam et rationabilem consuetudinem nequaquam disponat, sed in hoc et in aliis iura uestrę ecclesię illesa studeat et integra conseruare. Quoniam igitur iustum est et consentaneum rationi, subditos prelatis suis debitam reuerentiam exhibere nec inter pacis predicatores conuenit litigandi materiam generari, per apostolica scripta uniuersitatem uestram rogamus monemus atque mandamus, quatenus prefato episcopo debitum honorem et obedientiam impendatis et tanquam filii pacis et illius magistri discipuli qui fecit utraque unum et suis discipulis pacem dedit atque reliquit, bonum pacis et concordię cum eodem episcopo studeatis propensius conseruare. Dat. Anagnie^{c)} XV.
kal. februarii.

a) uobis. b) abbatissa. c) Anagne.

17.

Alexander III. schreibt an die Kanoniker von Lucca über eine Frage des Ehrechts.

Cod. canonum s. XII f. 54 Florenz Bibl. Naz. (Conv. A. 4. 269).

Während Wiederhold dies Mandat Alexander II. zuzuschreiben geneigt ist, halte ich Alexander III. für wahrscheinlicher. G. primicerius dürfte der bekannte Guilelmo Guinitinga sein, der nach Memoric di Lucca Va p. 480 im J. 1164 Primicerius, 1170 Electus von Lucca wurde (IV^b Suppl. p. 138 n. 116, IV^b 184 n. 133). Dazu kommt die Ähnlichkeit des Wortlauts mit J.-L. 11869 (Alexander III. de Matritae matrimonio), Kehr.

(A)lexander episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filiis G. primicerio et canoniciis Lucensibus salutem et apostolicam benedictionem. (V)eniens ad apostolice sedis clementiam B. lator presentium non sine erubescientia et pudore nobis proposuit, quod cum Guilla mulier L. legitime despnsata fuisse et ambo plene essent etatis, iam dictus B. peccatis exigentibus eam cognouit. Cumque factum publicatum fuisse, trengiani et consules Pisanorum eum ceperunt ipsumque predictam mulierem accipere in uxorem ut et cominationibus suis compulerunt. Vnde quoniam indignum est et canonum sanctioni contrarium ut eadem mulier duobus uiris tradatur, discretioni uestre per apostolica scripta mandamus, quatinus huius rei ueritatem studiosius inquiratis et, si notorium fuerit aut uobis alio modo legitime constiterit, quod prefatam mulierem predictus L. per despnsationem prius in suam recepisset, utpote solet fieri in anuli subarratione, eundem B. ab eius petitione penitus absoluatis et sibi de periurio moderatam et conuenientem penitentiam imponatis, alioquin ipsum, cum constet eum infra sacros ordines constitutum, eandem mulierem pro uxore tenere et maritali affectione tractare districtius compellatis.

18.

Alexander III. beauftragt Erwählten, Propst und Kapitel von Siena das von den Prioren von S. Petri de Scaradio und S. Jacobi gefällte Urteil betreffend die Abhängigkeit von S. Michele in Poio von Passignano innerhalb dreißig Tage nach Empfang des Briefes zur Ausführung zu bringen.

Ferentino (1174) Oktober 25.

Alberganti Biblioteca Vallombrosana, Ms. s. XVIII, Pescia Collegio di S. Giuseppe.

Vgl. Davidsohn Forschungen I 184 Nr. 70.

Alexander episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filiis electo, preposito et capitulo Senensi salutem et apostolicam benedictionem. Licet prior monachi clerici et conuersi monasterii sancti Michaelis de Podio sancti Donati Senensis mandato et sententia dilectorum filiorum nostrorum sancti Petri de Scaradio et sancti Iacobi priorum de possessione ipsius monasterii Passinianensi abbati auctoritate nostra adiudicata, prout decuit, paruisserint, quia tamen eidem abbati debitam, sicut accepimus, obedientiam promittere noluerint, nos attendentes quoniam semiplena uideter esse possessio, si eidem abbati obedientia non promitteretur, eisdem monachis clericis et conuersis in uirtute obedientie precipimus, ut Passinianensi

abbati, sicut magistro et prelato suo, dilatione et appellatione cessante, eam promittant obedientiam et exoluant, quam fratres de Spineta abbati de Cultubono promittunt, et abbatem suum moneant per litteras suas ut ad prescriptum monasterium redeat et eidem abbati infra XXX dies post litterarum nostrarum susceptionem, sublato appellationis remedio, obedientiam, prout debet, promittere et impendere non postponat. Si uero eorum monitis noluerit acquiescere, cum consilio et conscientia Passinianensis abbatis, omni contradictione et appellatione cessante, in personam religiosam idoneam et honestam pari uoto conueniant ipsamque sibi eligant in abbatem, qui iam dicto Passinianensi abbati debitam obedientiam promittere debeat et humiliiter exhibere. Inde est quod discretioni uestre per apostolica scripta precipiendo mandamus quatinus, si predicti monachi clerici uel conuersi preceptum nostrum exequi forte contempserint, uos eos ad id exequendum, sublato appellationis remedio, auctoritate nostra per excommunicationis sententiam, si opus fuerit, compellatis. Dat. Ferentini VIII. kal. no- uembris.

19.

Alexander III. bestätigt die von dem Erepriester Hugo von Volterra im Streite um die Kirche von Monte Madio zu Gunsten des Abts von S. Eugenio in Insula gefüllte Sentenz.

Venedig am Rialto (1177) September 16.

Chartularium s. Eugenii in Insula s. XVI f. 22 Florens Bibl. Laurenziana, Cod. Asburnham 1197.

Die citierte Sentenz findet sich ebenda f. 19' und ist datiert vom 11. Mai 1174.

Alexander episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filiis Vgoni et fratribus Insulanis salutem et apostolicam benedictionem. Intelleximus ex quodam instrumento facto per manum publicam de mandato dilecti filii nostri Vgonis archipresbiteri Vulterranae ecclesie quod, cum causam ^{a)} que uertebatur inter nos et Azonem presbiterum super eclesia heremitoni^{b)} de monte Madio, prefato archipresbitero commisissemus fine debito terminandam, memoratus archipresbiter utramque partem ante suam presentiam conuocauit et, rationibus hinc inde auditis diligenter et cognitis, ordinationem prefatae eclesie monasterio uestro per sententiam adiudicauit et ius patronatus restituit. Quia uero ea que concordia uel iudicio statuuntur,

a) causa. b) sic.

rata debent et firma consistere, sententiam ipsam, sicut rationabiliter lata est et in autentico scripto exinde facto continetur, ratam habemus et firmam eamque auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat^{c)} hanc paginam nostre confirmationis infringere uel ei aliquatenus contrauenire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et^{d)} beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursum. Datum^{e)} Venetiis in Riuo alto XVI. kal. octobr.

c) liceat fehlt. d) et fehlt. e) actum in.

20.

Urban III. bestätigt dem Kloster Passiglano seine alten Gewohnheiten und Freiheiten. Verona (1186—87) Februar 24.

Nardi Bullar. Vallombros. I p. 215, Ms. s. XVIII, Pescia Collegio di S. Giuseppe.

Vrbanus episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filiis Alberto abbatii et monachis de Passiniano salutem et apostolicam benedictionem. Iustis petentium desideriis dignum est nos facilem præbere assensum et uota quæ a rationis tramite non discordant, effectu prosequente completere. Eapropter, dilecti in domino filii, uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, rationabiles uel antiquas consuetudines quas de instituendis et destituendis clericis et sacerdotibus in ecclesiis uestris ecclesia uestra noscitur habuisse, libertates preterea^{a)} et immunitates quibus uestrum collegium gaudere hactenus conuenit^{b)}, uobis et per nos ecclesiæ uestre auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes ut nulli omnino hominum liceat consuetudines libertates et immunitates illas infringere nec huic nostræ confirmationis paginæ contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursum. Dat. Verone VI. kal. martii.

a) propterea. b) statt consuevit?

21.

Clemens III. bestätigt dem Erzbischof Hubald von Pisa, Legaten des apostolischen Stuhles, die Metropolitanrechte und Privilegien der Kirche von Pisa und verleiht ihm das Pallium.

Pisa 1188 Januar 7.

*Strozei Spogli di diversi archivi (FF) p. 55, Cod. Magl. XXXVII
300 Florenz Bibl. Naz. „L'originale della quale è in casa il sig^e Fe-
derico Bonciani quest'anno 1619“.*

Wörtliche Wiederholung von Lucius III. J-L. 14514.

Clemens episcopus seruus seruorum dei. Venerabili fratri Vbaldo Pisano archiepiscopo, apostolicae sedis legato, eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. Tunc apostolicae sedis.

R. Ego Clemens catholicae ecclesiae episcopus ss. BV.

† Ego Theobaldus Hostiensis et Velletrensis episcopus ss.

† Ego Laborans presb. card. s. Mariae Transtiberim tit. Calisti ss.

† Ego Melior presb. card. ss. Iohannis et Pauli tit. Pamachii ss.

† Ego Iacintus^{a)} diac. card. s. Mariae in Cosmidyn ss.

† Ego Gratianus ss. Cosmae et Damiani diac. card. ss.

† Ego Octavianus ss. Sergii et Bachii diac. card. ss.

† Ego Petrus s. Nicolai in carcere Tulliano diac. card. ss.

† Ego Radulfus s. Georgii ad Velum aureum diac. card. ss.

Datum Pisis per manum Moysi Lateranensis canonici uicem agentis cancellarii, VII. idus ianuar., indictione VI, [incarnationis] dominicae anno MCLXXXVII, pontificatus uero domni Clementis papae III anno primo.

a) Iacobus.